

sentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientia, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant.

§. 8. Et insuper vota quaecumque, Religionis, & castitatis exceptis, in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem confessarii arbitrio injungendis.

§. 9. Quapropter tenore presentium in virtute sanctae obedientiae districte praecipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum presentium literarum transumpta, aut exempla acceperint, illa statim abque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, & cleris, ac populis sibi subiectis solemnes processiones, & supplicationes indicant, & celebrent, ecclesiamque, seu ecclesias visitandas designent.

§. 10. Non intendimus autem praesentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta, dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae.

§. 11. Neque etiam iis, qui a Nobis & Apostolica Sede, vel ab aliquo Praelato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi infra tempus celebrationis hujusmodi Jubilaei satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 12. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilaei, Indulgentiarum, ac facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutum Regularium juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis apostolicis ejusdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, &

Et commu-
tandi Vota
Religionis, &
Castitatis ex-
ceptis.

Ius hoc Ju-
bil. publican-
di.

Declarat d.
facultatem
circa aliquos
casus.

Et excommu-
nicatos denun-
ciatos hoc Ju-
bilium affe-
qui non posse.

Clausulas de-
rogatorias ap-
ponit.

individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, aut expressio habenda, vel quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum presentium derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

§. 13. Ut autem praesentes nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earumdem presentium transumptis, vel exemplis etiam impressis, manu alicujus publici Notarii subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis literis, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae 1619. Idibus Januarii, Pont. Nostri Anno Quartodecimo.

CCXCIII.

Irritatio Vestigialis Macinae a Senatu Veneto imposita in Castris S. Danielis, & S. Viti in praedictum Dominii super iis spectantis ad Patriarcham Aquilejensem, & auctoritatis Sedis Apostolicae.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

CUM Ven: Frater modernus, & pro tempore existens Patriarcha Aquilegen. S. Danielis Aquilegen. & S. Viti Oppid. seu Castrorum, Concordien. respectively Dioecesum jus, & dominium plenum, ac liberum procerto, & indubitato habuerit per tempus longissimum, ac per plura annorum curricula, & saecula, ac dilecti filii Nobiles Viri Dux, & Senatus Venetiarum pluries, ac specialiter de anno 1494., tempore se. rec. Eugenii Papae IV. Praedecessoris nostri, dictum jus, ac dominium eorumdem Patriarcharum recognoverint, & approbaverint, ipsique Patriarchae pro tempore existentes liberam, plenam, & omnimodam jurisdictionem in dictis Oppidis, seu Castris exercuerint a praedicto antiquissimo tempore, neque, praeter Sedem Apostolicam, Principem aliquem, aut ipsos Ducem, & Senatum recognoverint uti superiorem, prout modernus etiam Patriarcha dictam jurisdictionem exercet, neque alium recognoscat superiorem, quam Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, & Sedem praedictam, neque ullo tempore in iisdem Oppidis, seu Castris ab aliquo Principe, vel Duce, & Senatu praedictis ulla data imposita, aut publicata fuerint, neque etiam de Anno 1572., occasione belli

E transum-
ptis fidem ad-
dit.

Dat. die 13.
Januar. 1619.
An. XIV.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Patriarchae
Aquilegensis
plenum, &
liberum Do-
minium in Ca-
stris S. Danie-
lis, & S. Vi-
ti.

con-

contra Turchas datum Macinae nuncupatum, simile infra scripto, tunc generaliter subditis eorumdem Ducis, & Domini indictum, in dictis Oppidis, seu Castris fuerit impositum, neque publicatum, ita ut nec ad praesens debuerit, aut potuerit datum Macinae, nuper in statu Ducis, & Senatus praedictorum indictum, in Oppidis, seu Castris hujusmodi imponi, & publicari, & multo minus exigi.

§. 2. Nihilominus, sicut ad nostram notitiam, non sine magno animi nostri dolore pervenit, publicatio datii Macinae praedicti in dictis Oppidis, seu Castris a Ministris dictorum Ducis, & Senatus facta fuerit, & ejusdem Datii exactio fiat, licet nulliter, & de facto contra Sacrorum Canonum, & generalium Conciliorum decreta, id absque expressa Sedis Apostolicae licentia fieri, sub gravissimis censuris, & poenis ecclesiasticis prohibentia.

§. 3. Propterea Nos, qui super universam Ecclesiam a Deo per ejus divinae gratiae abundantiam, nullo nostro merito, constituti, omnium Ecclesiarum indemnitate, & immunitatem tueri tenemur, pro incumbenti nobis officii hujusmodi debito, praemissis, quantum cum Domino possumus, providere volentes, publicationem datii macinae in dictis Oppidis seu Castris, illiusque exactiorem, ut praefertur, factas, ac omnia, & singula inde sequuta, ac attentata, & innovata quaecumque, & quae deinceps per Ducem, & Senatum hujusmodi, illorumque Ministros, vel alios quoscumque in auctoritate Ecclesiastica, & Sedis praedictae, & dictae Ecclesiae Aquilegensis, illarumque jurium praedictum publicari, fieri, praecipere, decerni, seu aliter attentari, & innovari contigerit, tam in genere, quam in specie, ex nunc, prout postquam publicata, facta, praecipua, decreta, seu alias attentata, & innovata fuerint, de apostolica potestate plenitudine, tenore presentium, irrita, cassa, & nulla, & nullius roboris, & momenti esse, & fore declaramus, ac irritamus, cassamus, & annullamus, ita quod imposterum nullus debeat ex illis effectus subsequi, neque eidem moderno, & pro tempore existenti Patriarchae ullum praedictum inferri, aut illatum ullo modo dici, vel censi, minusque ullum Duci, & Senatui praedictis jus acquiri super Datii imponendis in eisdem Oppidis, seu Castris, vel alias super jurisdictione, aut superioritate in illis exercenda.

§. 4. Et ita per quoscumque Judices ordinarios, aut delegatos, etiam causarum Palatii apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; Ac irritum, & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Senatus Ven-
eris in iis
vestigial Ma-
cinae imponit.

Irritatio Pau-
lus.

Clausula.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Januarii, 1619. Pontificatus nostri Anno Decimoquarto.

CCXCIV.

Ferdinando Hungariae, & Bohemiae Regi facultas conceditur Militarem Ordinem instituendi sub Invocatione Beatissimae Matris Dei.

Charissimo in Christo filio Nostro Ferdinando Hungariae, & Bohemiae Regi Illustri.

PAULUS PAPA QUINTUS

Charissime in Christo fili noster salute m, & apostolicam benedictionem.

SACRI apostolatus ministerio per abundantiam divinae clementiae, nullo licet merito nostro praesidentes, inter praecipuas apostolicae servitutis curas, illam sedulo amplectimur, ut Catholica Religio, sublatis quibuslibet obstaculis, ubique floreat, ac etiam piorum virorum, tamquam Christi Athletarum ope, ac fortitudine in dies magis augeatur, proindeque Catholicorum Principum in id tendentium vota ad exauditionis gratiam libenter admittimus, ac desuper pastoralis officii partes favorabiliter interponimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Siquidem Majestatis tuae nomine Nobis nuper expositum fuit, quod si una Militia, seu Militaris Ordo, sub denominatione, seu titulo Beatissimae Matris Dei, ac aliis modo, & forma infra scriptis erigeretur, & institueretur ex hoc profecto Catholicae Religionis adversus ejus hostes defensionem plurimum consuleretur: Nobis propterea eadem Majestas tua humiliter supplicari fecit, ut super praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur laudabilibus desiderii tuis, quantum Nobis ex alto conceditur, benigne annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Majestati tuae, unam Militiam, seu Ordinem militare personarum catholicarum sub denominatione, & titulo Beatissimae Matris Dei, ac una ex Regulis approbatis a Sede Apostolica per te eligenda, cujus Militiae, seu Militaris Ordinis suprema, vel principalis Sedes, & Conventus in loco per Te, in Hungaria, vel Bohemia tamen pariter eligendo, dictaque Militia, seu Militaris Ordo Nobis, & Apostolicae Sedi immediate subiecta, seu subiectus sit, & esse debeat, ac illius Milites castitatis conjugalis, obedientiae ipsius Militiae Magno Magistro, ac defensionis Religionis Catholicae contra inimicos S. R. E. vota emittant: Habitum album, & Crucem ca-

Dat. die 18.
Januarii 1619.
An. XIV.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Exordium.

Ferdinandus
Militiam in-
stitui optat
pro defension-
e Catholicae
religionis.

Facultatem
ad id necessa-
riam eidem Fer-
dinando con-
cedit Pontifex.

ru-

CCXCV.

Declaratio Jurisdictionis Ordinariorum in Fratres Congregationis Joannis Dei, ac specialis ipsius praefinitio.

Illam Congregationem instituit, ac Ordinariorum jurisdictioni supposuit Pius V. in sua Const. CXCV. Licet. Tom. IV. Par. III. fol. 190. & Clemens VIII. in Constitutione. CXXXIV. Romani. Tom. V. Par. II. fol. 122.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex ex supremo dispositionis arbitrio ad hoc potissimum sollicitudinis suae nerva intendit, ut Religionum omnium, praesertim ad curam infirmorum, & miserabilium personarum institutarum, indemnitati consulat, exemptionesque, & alias gratias illis, intuitu caritatis, & laborum per Sedem Apostolicam concessas, a noxiis, & obstaculis quibuslibet praeservet, aliasque officii sui partes solerter impendat, statuat, & declaret, prout rerum, temporum, & personarum qualitatibus debite pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Dudum siquidem, cum Congregatio Joannis Dei, sub Regula Sancti Augustini in Republica Christiana introducta, & subinde apostolica auctoritate recepta, atque admissa fuisset, & gratia cooperante divina, per varias mundi partes multiplicatis illius Fratribus, mirabiliter propagaretur, & quamplurima Hospitalia tam in Italia, quam in Hispaniis, aliisque partibus ex concessis Christianissimum eleemosynis construerentur, in eisque innumerabiles Christi pauperes utriusque sexus, videlicet senes, mentecaptos, membrorum, & virium impotentia, atque debilitate laborantes, aliasque miserabiles personas pro eorum morbis, & infirmitatibus, etiam incurabilibus sublevandis, refovendis, & sanandis continue reciperet; diversi Romani Pontifices Praedecessores nostri praefatae Congregationi nonnulla privilegia, gratias, & indulta benigne concesserunt. Volentes tamen, quod Hospitalia, & alia loca, ac Fratres in eis pro tempore degentes, sub obedientia Ordinariorum locorum, in quibus Hospitalia, & loca hujusmodi consistere, perpetuo subessent, & subjacerent.

§. 2. Et cum plerique Fratrum dictae Congregationis tria vota substantialia, & quartum de juvando infirmos emitterent, Generalem tamen, ac Constitutiones, aut certum vivendi modum non haberent; felicis recordationis Sixtus Papa Quintus etiam Praedecessor noster omnia Hospitalia Joannis Dei nuncupata tam in Italia, quam in ceteris quibusvis Provinciis etiam Transalpinae existentia, invicem univit, & ex eis unam Congregationem Confratrum Joannis Dei nuncupatam creavit, Provincialisque distinxit.

Exordium.

Congr. Frat. Jo. Dei infirmis multum profecit, & ideo variis privilegiis a Sede Apoll. dotata

Eamque univit cum dicta Congregatione Prov.

Sub.

Contraria tollit.

Dat. die 3. Februarii 1619. An. XIV.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Februarii 1619. Pont. Nostri Anno XIV.

Clem. VIII. iussit emittete votum infirmis Hospitalibus.

Paulus V. voluit alia etiam tria vota emittatent eamque vera esse regularem Congregationem declaravit.

Ordinatio locorum subiect.

§. 3. Subinde pia memoria Clemens Papa VIII. etiam Praedecessor noster inter alia perpetuo statuit, & ordinavit, quod de cetero Fratres dictae Congregationis unum dumtaxat infervendi praedictis Hospitalibus sub obedientia Ordinarii votum emitterent.

§. 4. Postremo Nos ad summi apostolatus apicem divina favente clementia assumpti, etiam statuimus, & ordinavimus, quod ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus, in Hospitalibus, & locis Regnorum Hispaniarum, quae proprium Confratrem Majorem eorum regimini, & administrationi, sub jurisdictione tamen, & visitatione Ordinarii loci, Praefectum habere consueverant, Fratres ejusdem Congregationis anno eorum probationis elapso, aut alias juxta Sacrorum Canonum, & decretorum Concilii Tridentini praescriptum tria vota antedicta, videlicet Obedientiae, Castitatis, & Paupertatis, & insuper quartum votum servandi infirmis in suorum Superiorum manibus solemniter omnino emittere tenerentur, & subinde eos, qui sic professi forent, proprie Religiosos, ac proprios, & veros Regulares esse, & fore, ac pro talibus ab universis Christianissimis habendos, & recipiendos, ac Congregationem hujusmodi veram, ac propriam sub Regula Sancti Augustini Religionem, & inter reliquas Ecclesiae Catholicae Religiones esse connumerandam.

§. 5. Praeterea eisdem Hospitalibus dictorum Regnorum, ut deinceps in eorum singulis duo Fratres manere, & alii possent, qui confessiones tam infirmorum, quam aliorum Confratrum, & Ministrorum ejusdem Congregationis audire, & injuncta poenitentibus poenitentia salutari, eos a peccatis suis absolvere, illisque Sanctissimum Eucharistiae, & Extreme Unctionis Sacramenta ministrare libere, & licite valerent, concessimus, & indulimus. Ac omnia Hospitalia, & loca dictorum Regnorum, illorumque personarum, & superiores, etiam quod personae Religiosae essent, ac etiam dictum Confratrem Majorem, & quemcumque alium pro tempore existentem jurisdictioni, superioritati, & correctioni Ordinariorum locorum perpetuo subesse, dictosque alios pro tempore existentem jurisdictioni, superioritati, & correctioni Ordinariorum locorum, in quibus Hospitalia, & loca hujusmodi consistere, perpetuo subessent, & subjacerent.

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

mitiarum, novalium, & aliorum onerum praemissorum ullo unquam tempore quantumvis longissimo praescribere, aut praescripsisse dici, vel censeri, quinimo si quando in Hospitalibus, & locis praedictis hospitalitas deficeret, eisdem Ordinarios illa, eorumque bona per Fratres hujusmodi, aut alias personas etiam seculares administrare, ita quod Hospitalia, & loca praefata, eorumque bona nullatenus unquam dictae Congregationi incorporarentur, committere, & mandare posse, ac etiam debere, volumus, & decrevimus. Volentes etiam, quod dum dictorum Hospitalium administratio ad Fratres dictae Congregationis pertineret, singulis annis suae administrationis rationem Ordinario ad praescriptum Concilii Tridentini reddere tenerentur.

§. 6. Postremo pariter statuimus, & ordinavimus, ut quotquot imponerem dictam Congregationem Italiae nuncupatam, ingredi vellent, anno probationis expleto, ac alias juxta Sac. Canonum, & decretorum Concilii Tridentini praescriptum, tria vota substantialia hujusmodi, ac praeterea quartum de juvando infirmis, in suorum Superiorum manibus solemniter emittere, vel a Congregatione praefata eiici deberent: eos vero sic professos proprios, & veros Regulares esse, ipsamque Congregationem, ac ejus, tam in Italia, quam sub jurisdictione fratris Majoris ejusdem Congregationis in Germania, Gallia, & Polonia erecta, & de cetero erigenda Hospitalia, quae sub eadem Congregatione Italiae comprehenduntur, jurisdictioni Ordinariorum, salva tamen ejusdem Congregationis apud Nos, & praefatam Sedem Protectoris juxta illius facultates, ac Fratris Majoris pro tempore existentium auctoritate, & jurisdictione, perpetuo subesse debere, ac alias prout in diversis, tam nostris, quam supra dictorum Praedecessorum nostrorum desuper concessis literis plenius continetur.

§. 7. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli locorum Ordinarii, in quibus dicti Fratres introducti reperiantur, praetextu obedientiae, cui iidem Fratres, ac Hospitalia tam Italiae, quam Hispaniae Provinciarum hujusmodi, ut praefertur, subiecta existunt, late nimis se extendentes nedum circa regimen, & gubernium Hospitalium ipsis Fratribus commissorum, ac Sacramentorum Ecclesiasticorum in eis administrationem, atque in eisdem Hospitalibus receptorum, & expositorum rationis redditionem, seu receptionem, verum etiam privatam dictorum Fratrum correctionem, & disciplinam Regularem, omnemque in eos jurisdictionem exercere consueverint, Superioresque dictae Congregationis, ac Presbyteros, seu Cappellanos, qui dictis Hospitalibus in divinis inferviant, eligere, ac Medicos, Chirugos, & alios Ministros, ac Officiales gubernio, & regimini ipsorum Hospitalium necessarios deputare, novitiosque recipere, ac generaliter omnia, & singula, quae ad regularem disciplinam, ac correctionem dictorum Fratrum spectant, quae

Statuimus ab omnibus FF. Congregationis Italiae tria vota substantialia emitti.

Et quia dicti Ordinarii hujusmodi jurisdictione nimis extendebant.

L 1

Illam modo Paulus declarat.

que juxta Regularia Instituta dicta Congregationis a prefata Sede approbata, per Superiores ejusdem Congregationis peragi debent, facere, & exequi intendant, ipsorumque Fratrum quietem circa premissa diversimode perturbent, ob idque Superiorum d. Congregationis auctoritas, ac illius Regularis instituti observantia evanescat, dictaque Hospitalia, ac Fratres in illis degentes in spiritualibus, & temporalibus non levia sustineant incommoda, ob idque opera pretium sit, ut tot, tantisque incommodis aliquo opportuno, & salubri remedio provideatur.

§.8. Nos igitur cupientes, ut omnis difficultatis, & ambiguitatis materia, quae desuper ortiri possit, protinus tollatur, ac Congregationis hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore sententes, nec non singularem litterarum Apostolicarum tam a prefatis, quam quibusvis aliis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, & Nobis ad favorem ejusdem Congregationis emanatarum, nec non quorumcumque privilegiorum, & indultorum illi per Sedem Apostolicam praedictam quomodolibet concessorum veriores, & totos tenores, ac datas presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes; Motu proprio, non ad ipsius Congregationis, vel ejus Superiorum, aut alicujus alterius pro eis Nobis desuper oblatae petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, ac scientia nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, ex Voto tamen Congregationis S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium praepositorum, quibus negotium hujusmodi mature discutendum, & referendum commisimus, Congregationem Jo: Dei hujusmodi, ac omnes, & singulos ipsius Congregationis Dominos, Superiores, etiam Majorem, ac Fratres, & personas, ac ministrantes, tam in Italia, quam Hispaniis, aliisque Mundi partibus consistentia, & tam haecenus fundata, quam de caetero fundandi, in his dumtaxat, quae regularia instituta juxta Constitutiones dictae Congregationis Joannis Dei a Sede Apostolica approbatas, & confirmatas continent, a superioritate, vilitatione, correctione, ac etiam obedientia Ordinariorum locorum, itaut Religiosis Congregationis Joannis Dei hujusmodi Regularibus Institutis suis se conformare debeant, salvis in reliquis tam Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini decretis, quam nostris, aliquorumque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum litteris in favorem Ordinariorum emanatis, quibus nullatenus derogare, quinimo eas in suo robore, & firmitate permanere intendimus, penitus, & omnino apostolica auctoritate, tenore presentium, perpetuo eximimus, absolvimus, &

liberamus, ac eos in praemissis dumtaxat ab omnimoda Ordinariorum locorum jurisdictione perpetuo exemptos fore, & esse declaramus, ipsique Ordinariis, & eorum cuilibet, etiam Cardinalatus honore praefulgeant, ne deinceps in his, quae observantiam, disciplinam, & instituta regularia Congregationis Joannis Dei hujusmodi, ut praefertur, concernunt, praeterquam in casibus sacris Canonibus, & Concilii Trid. decretis, & literis apostolicis praefatis quomodolibet contentis, se immiscere, aut intromittere valeant, seu praesumant, districte praecipimus, & inhibemus.

§.9. Decernentes, praesentes litteras, etiam ex eo quod Ordinarii locorum, seu quicumque alii quavis auctoritate, dignitate, officio, ac etiam Cardinalatus honore fungentes, ac in praemissis, quomodolibet interesse habentes, seu habere praetendentes, ad hoc vocati, & causa, propter quas praemissa emanarunt quomodolibet examinate, justificata, vel approbata non fuerint, nec praemissis consenserint, validas, & efficaces fore; sicque, & non aliter cense, & ita per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos in quavis causa, & instantia iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.10. Quocirca Venerabili Fratri nostro Episcopo Ostien. & dilectis filiis nostro & Sedis Apostolicae Nuncio in partibus Hispaniarum commoran., ac Curiae causarum Camerae Apostolicae generali Auditori motu pari per praesentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes nostras litteras, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Majoris, & Superiorum, ac Fratrum Congregationis Joannis Dei hujusmodi, seu alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant, auctoritate nostra, litteras praefatas, & in eis contenta quaecumque hujusmodi inviolabiliter observari, ac Fratres Congregationis Joannis Dei hujusmodi illis pacifice frui, & gaudere: non permittentes, eos desuper per Ordinarios locorum, seu quosvis alios contra presentium tenore quomodolibet molestari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, & poenas etiam pecuniarias, aliaque juris, & facti remedia, auctoritate nostra praedicta, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas hujusmodi etiam iteratis vicibus aggravando, auxiliumque brachii secularis ad hoc, si opus fuerit, invocando.

§.11. Non obstantibus praemissis, ac singulis litteris praefatis, nec non felicis recordationis Bonifacii Papae Octavi Praedecessoris

Clausulas praeservativas apponit.

Executores hujus Conliti. deputat.

Contrariis omnibus derogat.

Transumptis eidem dati jubet.

Dat. die 16. Martii 1619. An. XIV.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Liberum Cenetenis Episcopi Dominum in Urbe Cenetenis.

nostris de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis Joannis Dei, & Ordinis S. Augustini hujusmodi juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis dictae Congregationi Joannis Dei, illiusque Superioribus, & personis, ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu simili, ac aliis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, illorum praesentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque: Aut si dictis Ordinariis, seu quibusvis aliis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.10. Caeterum, quia difficile foret, praesentes litteras ad singula quaque loca, in quibus opus fuerit, deferri, volumus, ac etiam praefata apostolica auctoritate decernimus, quod earumdem presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 16. Martii 1619. Pontificatus nostri anno XIV.

CCXCVI.

Irritatio Datii Macinae a Senatu Veneto in Urbe Cenetenis impositi contra jura Episcopi.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM Venerabilis Frater modernus, & pro tempore existens Episcopus Cenetenis jus, & dominium liberum habeat in Civitate Cenetenis, nec alicujus praeterquam nostrae, & Sedis Apostolicae superioritatis subiaceat, & dictum jus, ac temporalem, omnimodam, & liberam jurisdictionem ab antiquissimo tempore annorum septingentorum, & ultra exercuerit, & ad praesens exerceat, nec in ullo actu alium, quam Sedem Apostolicam superiorem recognoscat, ac exegerit semper, & ad praesens Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

sens exigit omnia datia; quae a Communitate, & Hominebus dictae Civitatis solvantur, & solvi debent, ipsique Communitas, & Homines numquam fuerint comprehensi in impositionibus datiorum dilectorum filiorum nobilium Virorum Ducis, & Senatus Venetiarum; quinimo de anno 1572. cum occasione belli contra Turcas, datum macinae nuncupatum simile infrascripto in Statu eorumdem Ducis, & Senatus impositum fuisse, in eodem Senatu Venetiarum deliberatum fuerit, non esse Datum hujusmodi in praedicta Civitate exigendum, prout per documenta authentica constat, ex quibus apparet, nec ad praesens potuisse, aut debuisse datum macinae hujusmodi publicari, neque exigi in eadem Civitate.

§.2. Nihilominus, sicut ad nostram notitiam, non sine magno animi nostri dolore, pervenit, publicatio datii macinae praedicti in dicta Civitate a Ministris Ducis, & Senatus praedictorum facta fuerit, & ejusdem Datii exactio fiat, seu facienda sit, licet nulliter, & de facto, & contra Sacrorum Canonum, & Generalium Conciliorum decreta, id absque expressa Sedis Apostolicae licentia fieri sub gravissimis censuris, & poenis ecclesiasticis prohibentia.

§.3. Propterea Nos, qui super universam Ecclesiam a Deo per ejus divinae gratiae abundantiam, nullo nostro merito constituti, omnium Ecclesiarum indemnitate, & immunitate tueri tenemur, pro incumbenti Nobis officii hujusmodi debito, praemissis, quantum cum Domino possumus, providere volentes, publicationem Datii macinae in dicta Civitate, illiusque exactiorem, ut praefertur, factas, seu faciendas, ac omnia, & singula inde sequuta, & attentata, & innovata quaecumque, & quae deinceps per Ducem, & Senatum hujusmodi, illorumque Ministros, vel alios quoscumque in auctoritate ecclesiastica, ac Sedis praedictae, & dictae Ecclesiae Cenetenis, illarumque jurium praedictorum publicari, fieri, praecipere, decerni, vel alias attentari, & innovari contigerit tam in genere, quam in specie ex nunc, prout postquam publicata, facta, praecipere, decreta, seu alias attentata, & innovata fuerint, de apostolica potestatis plenitudine, tenore presentium, irrita, cassa, & nulla, ac nullius roboris, & momenti esse, & fore declaramus, ac irritamus, cassamus, & annullamus, ita, quod imposterum nullus debeat ex illis effectus subsequi, neque eidem moderno, & pro tempore existenti Episcopo ullum praedictum inferri, aut illarum ullo modo dici, vel cense, minusque ullum Duci, & Senatui praedictis jus acquiri super Datii imponendis in eadem Civitate, vel alias super jurisdictione, aut superioritate in illa exercenda.

§.4. Et ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & inter-

Senatus Venetus tentat ibidem Macinae datum exigere.

Omnia super hac re a Senatu nulla declarata Paulus.

Clausula.

interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima tertia Martii 1619. Pontificatus nostri Anno XIV.

CCXC VII

Facultas Archiepiscopo Lugdunen. erigendi quinque Monialium Monasteria, sub nuncupatione S. Ursulae, & Regula Sancti Augustini pro Puellarum instructione.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Lugdunen.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Inter universa opera divinae placitae bonitati, fundare Coenobia, in quibus sapientes virgines accensis lampadibus obviam exeant Christo sponso suo, ac gratum, & debitum exhibeant eidem famulatum, non minimum reputamus: cum in eis divinis laudibus glorificetur Altissimus, ac per innocentis vitae merita gloria aeternae beatitudinis acquiratur. Et propterea piis Ecclesiarum Praesulum, ac devotarum personarum id exoptantium votis Nos benignos, & favorabiles exhibemus, nostram, & Sedis Apostolicae desuper mandantes interponi auctoritatem.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod in Civitate Lugdunen., ac Oppidis, seu locis Sanctorum Boneti, & Chamundi, nec non de Montbrison, ac Rodane, & Burgi tuae Lugdunen. Dioecesis, nonnulla devotae virginis religionis zelo ductae, & Deo gratam virginitatem servare statuentes, & pro proprio, ac peculiari earum Instituto, Puellarum instructionem, & doctrinae Christianae circa easdem puellas exercitium assumentes, pia, & honestae puellarum educationi consulere, nec non easdem Puellas catholicis moribus, & virtutibus christianis instruendo laudabiliter sese exercere intendunt. Quare, ut eum, quem sibi proposuerunt finem, facilius consequi, & instructioni praedictae melius insisteri valeant, in Civitate, & Oppidis, seu locis praedictis Monasteria Monialium, quarum proprium, & peculiare institutum sit, Puellarum instructioni vacare, illisque in pietate christiana erudire, virtutes, bonos mores, laudabilia, & suo sexui convenientia opera, & exercitia docere, ac aliis ad instar per Nos in Civitate Burdegalen. sub datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem nonis Februarii Pontificatus nostri Anno Decimoquarto, ejusdem Instituti erecti

Nonnulla pia feminae in Dioecesi Lugdunen. monialium vitam institueret, cupit pro puellarum instructione.

Monialium Monasterii, per Nos pariter erigi, & alias ut infra indulgeri summopere desideras; Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur, qui divini cultus augmentum, religionis propagationem, ac Puellarum educationem hujusmodi, sinceris desideramus affectibus, pium tuum studium hujusmodi plurimum in Domino commendantes, distatque virgines specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fraternalitati tuae, de cujus fide, prudentia, integritate, & religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, & mandamus, quatenus virginibus praedictis in Civitate, ac Oppidorum, seu locorum hujusmodi decentibus, & honestis locis Monasteria Monialium cum Ecclesiis, seu Cappellis, Claustris, Dormitoriis, Refectoriis, Coemeteriis, Aereis, Hortis, Hortaliis, Cellis, aliisque officinis, & membris necessariis, & opportunis construi, & aedificari faciendi licentiam, & facultatem auctoritate nostra impertiaris, illaque, postquam sic constructa, & debita, convenientique claustrum munita, ac sacra, & prophana suppellectili, aliisque ad divini cultus, & monialium inibi introducendarum usum necessariis competenter infrastructa fuerint, in Monasteria Monialium sub Invocatione Sanctae Ursulae Ordinis Sancti Augustini pro perpetuo usu, & habitatione unius Superioris pro quolibet Monasterio, & tot aliarum Monialium, quot ex illorum redditibus commode sustentari valeant, quae pro eleemosyna dotali quingenta, pro suppellectili vero centum scuta solvere, & elapso biennio probationis, professionem regularem emittere, perpetuam clausuram servare, & sub regulari observantia dicti Ordinis, ac cura, visitatione, correctione, & subjectione tuis, & pro tempore existentis Archiepiscopi Lugdunen. vivere teneantur, & alias ad instar per Nos, ut praefertur, in Civitate Burdegalen. erecti Monialium Monasterii, apostolica auctoritate, perpetuo sine alicujus praesudicio erigas, & instituas.

§.3. Illisque sic erectis, & institutis pro eorum dote, ac congrua Virginum, & Monialium inibi pro tempore existentium sustentatione, omnia, & singula bona mobilia, & immobilia, res, proprietates, & jura quaecumque in quibusvis rebus consistantia, & undecumque provenientia illis per quascumque piis personas in quacumque dispositione etiam intuitu Monialium pro tempore introdustarum, vel aliis quomodolibet relinquent., & largien., ita quod liceat Superioribus, & Monialibus dicti Monasterii pro tempore existentibus, bonorum, rerum, proprietatum, & jurium hujusmodi per se, vel alios earum, & dicti Monasterii nomine corporalem, realem, & actualem possessionem apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructusque redditis, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta exinde provenientia percipere, exigere, levare, ac in suos communes, & dicti Monasterii usus, utilitatemque convertere, Dioecelani loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita, etiam perpetuo applices, & appropries.

Paulus facultatem Archiepiscopo concedit Monasteria erigendi cum conditionibus hic expressis.

Monasteriis, postquam fuerint erecta, nonnulla concedit privilegia.

modo.

§.4. Caterum Superioribus dictorum Monasteriorum, quae de consensu Conventuum, seu Majoris partis illorum, servata semper forma Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, eligi debeant, tot, quot videbitur, Administratores, & Governatores, qui rerum, & bonorum dictorum Monasteriorum curam, tutelam, & defensionem habeant, ad tempus beneficium constituant., & deputant., eosque quoties opus fuerit mutent., deponant., amoveant., ac alios in illorum locum sufficiendi.

§.5. Nec non pro salubri regimine, & felici statu eorumdem Monasteriorum, ac conservatione illorum, rerum, & bonorum quaecumque statuta, & Ordinationes, licita tamen, & honesta, ac regularibus Institutis Ordinis praedicti, ac regulis, & Constitutionibus a te forsitan praescriptis, seu praescribendis minime contraria, & per Te, seu pro tempore existentem Archiepiscopum Lugdunen. examinanda, condendi, & pro temporum varietate commutandi, alterandi, modificandi, limitandi, corrigendi, & alia de novo praevia examinatione, & approbatione tuis, seu pro tempore existentis Archiepiscopi Lugdun. hujusmodi edendi, licentiam, & facultatem impertiaris.

§.6. Denique Monasterii per te vigore praesentium, ut praefertur, erigendis, illorumque Superioribus, Monialibus, & personis, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, praerogativis, Indultis, & gratiis, ac Indulgentiis, quibus quaecumque alia Ordinis praedicti Monasteria, illorumque Moniales, personae, ac bona de Jure, usu, privilegio, consuetudine, aut aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariter, & pariformiter, ac absque ulla prorsus differentia, dummodo sint in usu, & Sacris Canonibus, ac Conciliorum generalium decretis non contrariantur, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, in omnibus, & per omnia, perinde ac si Monasteriis per Te erigendis, ut praefertur, illorumque Superioribus, & Monialibus particulariter, specificis, nominatim, & specialiter, ac expressis concessa fuissent, concedas, & indulgeas.

Fructus privilegii, quibus ceteris Ordinis Sancti Augustini Monasteria fruuntur.

§.7. Praeterea, ut supra dictae Virgines

peculiare, quod cupiunt Institutum alias Virgines, & Puellas catholicis moribus, & virtutibus instituendi amplecti valeant, illudque in eisdem Monasteriis deinceps perpetuo observetur, infra scriptas Constitutiones facias; ut nimirum praeter Virgines, & viduas ad habitum, & professionem regulares in eisdem Monasteriis introducendas, pro institutione Virginum, & Puellarum, aliae etiam piae Mulieres conjugatae, in casibus tamen a Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino permissis tantummodo, & non aliter, in Socias hujus pii Instituti, quae earumdem etiam Puellarum institutioni una cum praedictis Religiosis intra Claustra tamen eorumdem Monasteriorum in loco a Cellis, & habitatione Religiosarum separato vacent, recipi possint. Harum autem Religiosarum aliae Novitiae, aliae Sorores, & aliae mulieres, aliae vero Sociae vocentur; novitiae quidem propter sexus infirmitatem, & temporum malitiam ad duos annos in probatione erunt, nec ipsi anni ante decimum sextumque earum aetatis annum completum finiantur, nec convictu cum aliis communi, quoad fieri potest, sed sejuncto licet intra claustra, seorsumque a professis, utantur; Sorores vero decursis duobus probationis annis, professionem regularem emitant: Matres autem post xxv. annum aetatis, aut decimum religionis incumbere teneantur institutioni puellarum per se, & per sorores gratis; Primo quidem in pietate, & virtute christiana virgine digna, docendo christianae similiter doctrinae, summam rationem examinande conscientiae, confitendi peccata, communicandi, sacrum audiendi, precandi, rosarium recitandi, meditandi, libros pios lectitandi, spiritualia cantica modulandi, vitia, eorumque occasiones vitandi, virtutes, & opera misericordiae exercendi, deinde legendi, officia denique christiana praestandi: Deinde vero, ut ad hanc institutionem alliciantur, & ab haereticis, impuris, & abdicentur scholis, virgines primis legendi, scribendique rudimentis, deinde variis acu laborandi modis, omnibus demum artibus honestis, quae ingenuam virginem decent, instituantur. Postremo socias ex religiosis dicantur, quae editis ceterarum votis in re familiari tractanda solum occupabuntur, neque in matres eligi unquam possint.

§.8. Subjectae sint omnes tibi, & pro tempore existenti Archiepiscopo Lugdunen. juxta Sacri Concilii Tridentini decreta, nec unquam sub regularium cura, sive per se, sive per alios quovis praetextu, vel auctoritate redigi possint: tua, & pro tempore existentis Archiepiscopi Lugdunen. potestas in illas sit juxta praedicti Concilii Tridentini decreta, ac praedictum institutum, & praesentes Constitutiones, quae ut sancte observentur, tu earum visitationem instituas juxta praedicti Concilii Tridentini decreta, & formulam ab Ecclesia Romana praescriptam, quae sanctissime retineatur.

§.9. Confessarius a te illis deputetur ad tui

Peculiares Constitutiones eis imponit.

Subjicit Ordinarium jurisdictionem.

De Confessione.

Superioris, seu
Primæ ele-
ctionis, & of-
ficio.

tui libitum, isque ætate, & moribus gra-
vis, fidei, vitæ, famæque integræ, ac
exemplaris, in theologia, & spiritualibus re-
bus bene versatus sit, a quo institutiones,
exhortationes, & sacramenta omnes reci-
piant, ei autem præter victum, & habitatio-
nem proximam quidem, sed parietibus fir-
mis sejunctam, ac nullo prospectu, vel ad-
itu in septa religiosa perviam, salarium arbi-
trio tuo, & pro tempore existentis Archie-
piscopi imponetur in annos singulos.

§. 10. Superior, quæ prima vocabitur, e
Monialibus eligatur ante Festum Annun-
ciationis Beatæ Mariæ Virginis, vel si mors
primæ durante illius officio intervenerit, al-
tero post ejus exequiarum die, servata in re-
liquis semper forma Conciliorum genera-
lium, nec non Constitutionum Apostolica-
rum. Prima electa, ut dictum est, postquam
a te, seu pro tempore existente Archiepi-
scopo Lugdunen. confirmata fuerit, primo
quoque tempore secundam, quæ ad ordinis
domestici, & regularum observantiam ju-
vet, ipsiusque ægotæ, aut sibi vacantis ad
breve tempus vices gerat, quomodo, & qua-
tenus illi expedire videbitur, eliget. Pro-
curatricem etiam de sororibus sibi ipsa le-
get, auditis Matrum judiciis: Aditum
item, & Magistram scholæ de Matribus, ex-
ploratis pariter secreto sententiis Matrum,
quibus se, nisi quid melius in Domino ipsi
videbitur, semper conformabit: Officiales
demum reliquas, communicato cum Matribus,
& Sororibus, quibus videbitur, consilio,
instituet, aut confirmabit. Consilarias
tamen habeat tres cum discreta ad regimen
commune, & res ordinarias, quas singu-
latim sic deliget tota Congregatio, ut de
tribus, quæ plura Matrum suffragia habue-
rit, ea electa sit, in quam deinde plura suf-
fragia secreta convenierint.

Reliquæ Con-
stitutiones:

§. 11. Finis omnium hic erit, ut salutem
professionique propriæ, atque alienæ stu-
deant, ex hoc instituto vestitus, & victus
communis ad modestiam, paupertatisque reli-
giosa, & Ecclesiæ normam nulla ordinaria
corporis afflictione constituta, præter jeju-
nium singulorum dierum Sabathi, & Vigi-
liarum Festivitarum Beatæ Mariæ Virginis,
sed extraordinaria, quam superior præscri-
bet, aut sua cuique perfectio suadebit, cum
iudicio confessorii, & primæ assensu erit.
Claustra religiosissime observabitur, ut in-
stitutum fert, ac ne medicus quidem, aut
chirurgus, vir denique nullus, aut foe-
mina intrabit unquam habitationis religio-
sæ septa, nisi de licentia tua, seu pro tem-
pore existentis Archiepiscopi Lugdunen. in
scriptis, ac campana dato signo, & Prima
præsentem, cum duabus antiquissimis Ma-
tribus. Et quamvis maximo olim cum fru-
ctu animarum, & famularum in Gallia fa-
ctum id fuisse dicatur, non est visum tamen
expedire instituti hujus religiosi, ut in eis-
dem ædibus cum ipsis sæculares Puella con-
vivat, & instituatur: amplum atrium
ad alterum Ecclesiæ latus, intra tamen Mo-
nasteriorum hujusmodi clausuram, ex ædi-
bus circum extructis fiet, ad quod cum Ma-

tres, & Sorores Magistræ docendi causa si-
gno scholæ ultimo audito accedent, portæ
geminæ exterior scilicet, & interior ob-
feratæ erunt, ac in illud assistit præsentem,
binæ, & binæ ingredientur ante, & post
meridiem, unde se post duas circiter horas
recipient in religiosa claustra, ut his oc-
clusis, & non ante portæ atrii in publicum
referentur, & Puellæ domum quæque suam
recedant, quæ non erunt Convictrices. Hoc
autem introducendi Puellas non Convictri-
ces, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ be-
neplacitum tantum duret. Convictrices au-
tem in suum cubiculum se quæque reci-
pient, ac in loco separato ab habitatione
Religiosarum, sed intra eandem clausuram
inhabitabunt, intra quam clausuram aliæ
personæ sæculares præter supradictas admit-
ti non possint. His omnibus duæ præerunt,
ex Matribus una, altera ex Sororibus, qui-
bus focia ad rem familiarem una item ad-
jungetur. Sub his autem, quæ interior, &
intra claustra, ac intra Ecclesiam simul ha-
bitabunt, singule per singula contubernia
puellarum sæculares Præfectæ maturiores,
quæ fere vel commoditatem expectent ad-
missionis, vel ad probationem majorem dif-
ferantur. Confessio etiam generalis totius
vitæ in ingressu, & deinceps ad libitum cu-
jusque Monialis fiat. Quotidianæ pieta-
tis exercitationes erunt meditatio matu-
tina per horam, Sacrum examen ante
meridianum, & ferotinum, Rosari per
tres partes, & mysteria triplicia reci-
tatio mane, media die, & vespere, litanie
sub noctem, & præter hæc quoad Matres
parvum Beatæ Virginis Mariæ Officium,
vespera cum cantu diebus Dominicis, &
Doctrina Christiana ante, vel post vespere
cum brevi explicatione illius per virum
aliquem doctum facienda, cum pridie ha-
bita fuerit religiosus exhortatio accom-
modata post litanias Lauretanæ: a choro,
& psallendi onere, ut institutioni Puella-
rum vacare commodius possint, exemptæ
erunt. Lectio Regularum, & instituti fre-
quentissima, librorumque spiritualium
cum privatim, tum communiter ad men-
sam, & cum aliquid operis quieti fiet
propter institutionem Puellarum, quicquid
operis faciunt Religiosæ primum ad ipsa-
rum, & domus necessarios usus, deinde
ad Ecclesiarum Religiosorum, & paupe-
rum subsidium conferetur, ut corporali-
bus, Purificatoriis, Altaris mappis abluen-
dis, sarcinendis, conficiendis vestibus, item
lineis, & linteis suendis, & similibus de-
mum charitatis officii, ut melius illa-
rum famæ, & necessitatibus provideatur:
provisor deligetur idoneus, qui pensiones
ipsarum, & redditus colligat, & Procura-
trici reddat. Assistentes item tres, vel
quatuor Matrone lectissimæ, quæ vicissim
per hebdomadas suas assistant quotidie,
cum fores atrii referantur, & observa-
buntur. His autem, & Confessoriiis com-
municabuntur omnia bona, & gratiæ to-
tius domus, & privatim rosaria pro ipsis
benefactoribus singula quotidie a singulis

reci-

Derogatio
contractionumDat. die 10.
Aprilis 1619.
An. XIV.

Exordium.

recitabuntur, Reliqua enim duo pro Ec-
clesia Sancta, Summo Pontifice, Cardina-
libus, Archiepiscopo Lugdunen. pro tem-
pore existente partim, partim pro Reli-
giosis Ordinibus, & viris, a quibus ju-
vantur in spiritu, Deo, Beatæque Virgini
offerentur, nihil autem supradictorum,
præter vota, obliget ad peccatum vigore
instituti, aut præcepti, nisi ex natura rei, &
communi jure, sed ad ea omnia diligen-
tissime, & perfectissime observanda omnes
amore Dei, & professionis studio excitentur.
Pœnitentiæ tamen delinquentibus im-
ponentur pro defectus qualitate, ut Prima
judicaverit. Jurabit tandem prima coram
Confessario se nihil contra institutum fa-
cturam, aut permissuram scienter, quod
ad alias, & regimen pertineat: si præsertim
ab alia quavis adeoque minima ex sociis,
aut externis admonetur, & consiliaria
cum discreta, adeoque in re gravi major
pars Matrum sic censeat; sed omni ope,
& opera in Domino adnitetur, ut silentium,
humilitas, obedientia, devotio, charitas,
ceteræque virtutes, observantia religio-
sa, & hujus instituti formam in sua fa-
milia semper eluceant: super quibus
omnibus, & singulis plenam, liberam, &
amplam facultatem d. auctoritate tenore
præsentium concedimus, & impertimur.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac Con-
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis
necon etiam Ordinis eligen. etiam jura-
mento, confirmatione apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus, privilegiis quoque, indul-
tis, & literis apostolicis illi, ejusque supe-
rioribus, & personis sub quibuscumque
tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
decretis in contrarium forsân quomodo-
libet concessis, confirmatis, approbatis,
& innovatis. Quibus omnibus, etiam si de
illis, eorumque totis tenoribus specialis,
specificæ, & individua mentio habenda
foret, illorum tenores præsentibus pro ex-
pressis habentes, hac vice specialiter, &
expresse derogamus, ceterisque contrariis
quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam
Majorem sub Annulo Piscatoris die 10.
Aprilis 1619. Pontificatus nostri Anno
Decimoquarto.

CCXCVIII.

De ambitu Fratrum Minoribus de Ob-
servantia Ordinis S. Francisci, eorum-
que Superioribus interdicto.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Admonemur pastoralis officii no-
stri debito, diligentius prospice-
re, ne Religiosis, qui regularem vitam
professi sæculo renunciarunt, ad dignita-
tes, & Officia per emendicata suffragia
ambitiosus pateat accessus.

Prohibito
ambitus de
quo in Rubr.Derogatio
contractionumTransumpta-
rum fides.Dat. die 18.
Aprilis 1619.
An. XIV.

§. 1. Quocirca Motu proprio, & ex
certa scientia nostra, ac de apostolica po-
testatis plenitudine, dilectis filiis Ministro
Generali, ac Provincialibus, & reliquis
Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci
de Observantia nuncupatorum Prælati
nunc, & pro tempore existen. in virtute
sanctæ obedientiæ, ac sub excommunica-
tionis poena ipso facto incurrenda præci-
pimus, & mandamus, ne ad infantiam,
& requisitionem quarumcumque persona-
rum, tam laicarum, quam ecclesiasticarum
extra dictum Ordinem constituta-
rum, etiam Cardinalatus honore, & qua-
cumque seculari dignitate, & excellentia,
etiam Ducali, Regali, Imperiali fulgen-
tium, cuius prædicti Ordinis Religioso
ullam gratiam concedere, vel poenas ali-
quas remittere, seu gradus, honores, di-
gnitates, officia, administrationes, fun-
ctiones, & prælaturas ejusdem Ordinis
concedere audeant; quinimo dicti Ordinis
Fratres, & Religiosos, qui contra decre-
ta, hac via, & his mediis per conquistos
favores, & suffragia aliquid sibi procurave-
rint, ad talia, & similia, ac etiam majora
in eodem Ordine consequen. perpetuo
inhabiles declaramus. Insuper dictis Reli-
giosis, & Fratribus ejusdem Ordinis qui-
buscumque sub eisdem poenis præcipimus,
& expresse interdiximus, ut non solum in
præmissis omnibus favores hujusmodi mi-
nime procurare, sed nec etiam sponte obla-
tos, aut ab eis minime procuratos reci-
pere, & similiter, ne ad hunc effectum,
munera aliqua prædictis personis exhibere
audeant, seu præsumant.

§. 2. Non obstantibus Constitutioni-
bus, & Ordinationibus Apostolicis, dicti-
que Ordinis statutis, & consuetudinibus,
etiam juramento, confirmatione apostoli-
ca, vel quavis firmitate alia roboratis,
ceterisque contrariis quibuscumque. Aut
si Ordini, & Fratribus prædictis commu-
niter, aut divisim ab Apostolica sit Sede
indultum, quod interdicti, suspendi, vel
excommunicari non possint per literas
apostolicas non facientes plenam, & ex-
pressam, ac de verbo ad verbum de indul-
to hujusmodi mentionem.

§. 3. Volumus autem, quod præsen-
tium literarum transumptis etiam im-
pressis, manu alicujus Notarii publici sub-
scriptis, & sigillo alicujus personæ in di-
gnitate ecclesiastica constitutæ munitis,
eadem prorsus fides ubique adhibeatur,
quæ præsentibus adhiberetur, si forent
exhibite, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam
Majorem sub Annulo Piscatoris die 18.
Aprilis 1619. Pontificatus nostri Anno
Decimoquarto.

De